



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,  
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

**Alvarez Guerrero, Alfonso**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 A 2069**

Regibus & principibus omnibus concilium datur. cap. v.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

appetere, & procurare Episcopatum, vel Pontificatum, vi:  
de infra in c. ix. ad finem. vbi multa videbis: & adde ad ea,  
quæ superius diximus de mente Caietani. Et de materia  
præsentis capituli vide sanctum Thom. in secunda secun-  
dæ. quæst. clxxxv.

## REGIBVS, ET PRINCIPIBVS omnibus consilium datur. Cap. V.

### S V M M A R I V M.

- 1 Episcopatus non debet dari propter remunerationem.
- 2 Superbum est, quod quis se reputet alijs meliorem.
- 3 Electio est periculo eligentis.
- 4 Mala electio est in culpa.
- 5 Ad Reges spectat ecclesiam defendere.



**A**D assumptionem alicuius ad Episcopatum  
aliquid considerandum est ex parte eius, qui  
assumitur, & aliquid ex parte eius, qui assu-  
mit. Ex parte enim eius, qui assumit vel eli-  
gendo, vel prouidendo, requiritur, quod fide-  
liter, ac digne hæc ministeria dispenfet; quæ quidem dis-  
pensari debent ad vtilitatem ecclesiæ, secundum illud pri-  
mæ ad Corinth. xiiij. Ad ædificationem ecclesiæ quærite,  
vt abundetis. Non t̄ autem dignè ministeria hæc homini-  
bus committuntur propterea eorum remunerationem, quam  
expectare debent in futuro. Et ideo ille, qui debet eligere  
in Episcopum, vel de eo prouidere, non tenetur assume-  
re meliorem simpliciter, quod est secundum charitatem;  
sed meliorem quod ad regimen ecclesiæ, qui. s. possit eccle-  
siam & instruere, & defendere, & pacificè gubernare. Vn-  
de contra quosdam Hieron. dicit, quod quidam non quæ-  
runt eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cogno-  
scant ecclesiæ prodesse, sed quos plus ipsi amant, vel quo-  
rum sunt obsequijs deliniti, vel dediti, vel pro quibus ma-  
iorum quispiam rogauerit. Et vt deteriora taceam, quot,  
vt clerici fierent, muneribus impetrarunt? Hoc autē per-  
tinet ad acceptionem personarum, quæ in talibus est gra-  
ue

D 3 ne

ue peccatum. unde super illud Iacob. ij. Fratres mei nolite  
 te in personarum acceptione, &c. dicit glo. Augustin. Si  
 hanc distantiam sedendi, vel standi ad honores ecclesia-  
 sticos referamus, non est putandum leue peccatum in per-  
 sonarum acceptione habere fidem Domini gloriæ. Quis  
 enim ferat eligere diuitem ad sedem honoris ecclesiæ,  
 contempto paupere instructiore, & sanctiore? Ex par-  
 te autem eius, qui assumitur, non requiritur, quod repu-  
 tet se alijs meliorem, hoc tamen esset superbum, & præ-  
 sumptuosum: sed sufficit, quod nihil in se inueniat,  
 per quod illicitum ei reddatur assumere prælationis offi-  
 cium. Unde licet Petrus interrogatus esset, an Dominum  
 plus cæteris diligeret, in sua responsione non se prætulit  
 cæteris, sed simpliciter respondit, quod Christum amaret.  
 Et licet Dominus in Petro sciret esse idoneitatem guber-  
 nandi ecclesiæ, eum de ampliori dilectione examinavit,  
 ad ostendendum, quod ubi alijs inuenitur homo idoneus  
 ad ecclesiæ regimen, præcipue attendi debet in ipso emi-  
 nentia diuinæ dilectionis. Et multi ædificant parietes, id  
 est, instituunt imperitos: sequitur rex, & columnas eccle-  
 siæ subtrahunt; columnas, id est, peritos. ita rex. in c. glo.  
 ria, & ibi glo. xij. q. ij. Sed tamen aduerte, quia electio est peri-  
 culo eligentis, glo. in c. Valentinianus. lxij. dist. & electo-  
 res non excusantur si voluerint allegare ignorantiam eli-  
 gendo indignos, ut per Alberi. in l. qui cum alio. ff. de reg.  
 iur. & in l. eum, qui certarum. §. cum pure. ff. de verbo. ob-  
 ligat. & tamen mala electio est in culpa. in fi. quib. mod. re con-  
 trahi. obliga. §. præterea. & C. de periculo nominatorum.  
 l. j. & ij. lib. xj. Sed vide ad propositum in cap. vilissimis. j.  
 q. j. & omnino vide. & vide sanctum Thom. in secunda se-  
 cunda in q. clxxxv. art. iij. Et qui præcellit scientia, & san-  
 ctitate, est cæteris melior: & non est assumendus ad Epi-  
 scopatum, nisi qui est cæteris melior. Ideo vestra Maiestas,  
 quia patrona est omnium ecclesiarum Hispaniæ, ut dicam  
 infra in c. lxv. super hoc aduertat, & quæ ad religionem  
 Christianam pertinent, regia, & sacerdotalis defendat au-  
 thoritas. c. res. xxij. q. v. Et cognoscant principes seculi  
 Deo se reddituros rationem propter ecclesiā, quam Chri-

Ad tuendam suscipiunt. Et ille. s. Deus ab eis rationem ex-  
iget, qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Itaque  
ad Reges spectat defendere ecclesias, vt in c. principes. s.  
xxij. q. v. & tenentur de omni manu calumniantiū vi op-  
pressos liberare. ita Hieron. super Hieremiam; transum-  
ptiue in c. regum. xxij. q. v. Ideo quilibet rex faciat dili-  
genter ea, quæ suæ conueniunt dignitati, vt dicam infra  
in c. de Rege, & regia dignitate. Et de materia præsentis  
capituli vide infra in capitulo nono ad finem: vbi con-  
cludo, quod eligere verè dignum postposito digniori, non  
est peccatum mortale.

## QVOD EPISCOPI, ET CLERICI

*sunt dispensatores, & vsuarij. Cap. VI.*

### S V M M A R I V M.

1. Episcopus est dispensator, & vsuarius, non autem usufructua-  
rius.
2. Clericus non nisi victum, & vestitum habere debet ex beneficio.
3. Episcopi, & clerici sunt dispensatores pauperum.
4. Clerici donantes consanguineis ex redditibus ecclesiasticis, vt dis-  
tinguunt, peccant mortaliter.
5. Decimæ sunt de iure diuino.
6. Eleemosyna danda suu potius, quàm extraneis. & num. II.
7. Episcopus potest bona patrimonij sui conseruare, & ex redditibus  
suis beneficij viuere.
8. Beneficium datur propter seruitium.
9. Quando Prelati possunt rem ecclesie dare in emphyteusim.
10. Decimarum, & oblationum quatuor partes fieri debent.
12. Episcopi pascere subditos debent triplici pabulo.



Episcopus est dispensator, ideo sibi, & suis  
primo necessario ministrabit: reliqua, quæ su-  
persunt, fidelibus ministrerur. c. nulli Episco-  
porum. ij. q. j. Et honeste possunt donare con-  
sanguineis egentibus, qui præferuntur alijs.  
docto. & Panor. in c. fin. de pecu. cler. Sed audite ad plenū.  
Ministri iuxta facultatem ecclesie instituuntur. c. j. ij. dist.  
c. cum